nobiscum. Opinamur tamen quod plena potestate sua cogetis ad pacem illos, qui spernunt illam; Interim vos defensioni Divinę commendamus. Chelmini pª Xmbris 1669.

Se ne fa mentione di sopra fol.

Protesta consegnata al P. Cipriano Zochouski da publicare in caso di pregiuditio nel Luogo del Congresso.

Illmi; Perillres, atque mag. DD. Pretiosum Salvatoris nostri Jesu Christi Sanguinem pro Animarum redemptione uberrime fusum, nedum ęternam Credentibus salutem, sed et Regnis, Provinciisque, quę suam eiusdem amantissimi Redemptoris iugo Colla submisere diuturnam felicitatem, pacemque comparasse, notum Orbi universo, atque perspectum est. Et hoc saluberrimo Divini Cruoris fonte quodita ta fuit Ecclia, assiduisque illustrata miraculis proiiet et ex celestis Spiritus afflatu, prodijs Principum, aliorumque Christi fidelium pietas, quę sacras toto terrarum Orbe excitavit Basilicas, Ecclias dignitates, erexit, beneficia fundavit, eorumque bona. Nec non Divino cultui addictos Ministros Privilegijs, immunitatibusque quamplurimis auxit, ut nimirum ex hoc cunctis palam fieret, Vineam Dni suo irrigata Sanguine, et ad sacros destinata usus, tanquam Christi Patrimonium prophanis contrectari manibus, inter secularia bona conseri distrahi, atque ad manus hereticorum, Schismaticorumue, quos ex hereditate Christi pasci, et impinguari in perniciem fidelium ac Catholica